



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Peccatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Etia, eia, ingratitude abominare. A. graties que Deo pro immensis beneficiis. redde: omnia illi restitue, à quo omnia accepisti: idque cunctis audientibus, ac testibus confirere. Id enim tam verum est, quam quod verissimum: nam si in te ipso aliquid bonitatis est, Omnis bonitas, inquit Dionys. à prima bonitate est: si quid sapientia, Omnis sapientia, ait Salomon, à Domino Deo est. Si quid authoritatis, ac potentia: Non est potestas, nisi à Deo, inquit Paulus. Si aliquid natura, aut gratia donum: Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum, inquit Iacobus: Si tandem mente, & cogitatione rerum omnium, quæ in te, aut extra te sunt, auctorem quaeris: quicquid est, à te est, quia sine te nihil est, ait cū Deo loquens August. Benedic, ergo, benedic, anima mea, Domino, & omnia, quæ intra me (& extra me) sunt, nomini sancto ejus.

Iac. 1.

D. August.
Psal. 102.

Ecc. 1.

Omnia flumina intrant in mare, & ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. O si in illud inexhaustum omnium gratiarum mare, tot beneficiorum flumina reverterentur, quam plenius, quam copiosius iterum defluerent!

DE PECCATO, materia Orationis.

Peccatum est summa abominatio.

PVNCTVM CLVII.

Marc. 13.
Deut. 13.

Cum videtur abominationem desolationis, qua, &c. In Deuter. vocat DEUS Moysen: Accede, dic populo meo: Si audieris in una urbium tuarum dicentes: Eamus, & serviamus Dii alienis, quare sollicitè, & diligenter: rei veritate perspecta, si in veneris certum esse, quod dicitur: & abominationem hanc opere perpetratam, statim percussus habi-

tatores urbis illius in ore gladii, & delebis eam: omniaque, quæ in illa sunt, usque ad pecora: quicquid etiam suppellectilis fuerit, congregabis in medio platearum ejus, & cum ipsa civitate succendes, ita ut universa consumas, & sit tumulus sempiternus, non edificabitur amplius. Ad litteram fuit hæc abominatio, Jerusalem suum Deum non agnoscere, suum Deum non recipere, sed peccando Diis alienis servire, unde delera est, facta est tumulus sempiternus, non reedificata jam amplius.

Quantoperè Deus abominatur peccatum! Percussus habitatores urbis in ore gladii, Peccatum & delebis eam, omniaque, quæ in illa sunt, quàm abominusque ad pecora. Quid, quæso, Domine, animalia commoverunt, pueri, supellex, mœnia, & palatia? ob peccatum hæc omnia abominor, non sit lapis super lapidem, sit tumulus: Non edificabitur amplius.

Amor, quo populum, quem sibi elegerat, prosequeretur, insignis proorsus, ac mirus est. In eodem libro: En Domini Dei tui calum est, & calum cali, & tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & elegit eos, & semen eorum post eos. q. diceret: Hic Deus immensus, infinitus, Creator cælorum, vestri non erat indigus, sed sola benignitate sua vos elegit, atque dilexit, & non vulgari quidem, sed arctissima dilectione. Conglutinatus est. Corn. à Lap. Corn. à Lap. Verbum, conglutinatus, significat vehementiam amoris. Sic anima Sichem dicitur conglutinata cū Dina, & anima Jacob pendere ex anima Benjamin, vel, ut Hebr. est Hebr. illi colligata esse. Sic igitur Deus populum diligebat, ut eidem conglutinatus diceretur.

Sic etiam in signum, & ostensionem amoris, ut notat. Hier. aquila comparatur: Sicut aquila provocans ad volandum Isr. 65. pullos suos, assumpsit eum, atque portavit in Deut. 32. humeris suis, in brachiis, ut infantium charorum gerulus: Circumdixit eum, & docuit, & custodivit sicut pupillam oculi sui. Est hæc in tota Scriptura reperire verba majoris affectus. Inter cæteras animan-

tes;

res omnes, ait Hier. aquilarum maximus A. in pullos est amor, &c. Adhec: Et custodit eum sicut pupillam oculi sui. Quid ultra?

Peccato amor Dei erga nos in odium vertitur.

Sed ecce tibi amorem in odium: ecce qualiter peccatum convertit talem, ac tantum amorem in tantum odium. Ignis succensus est, inquit, in furore meo, congregabo super eos mala, foris vastabit eos gladius, &c. Et dixi: Vbinam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

Jerem. 13.

Per Jeremiam. Eiecit illos a facie mea, & egrediantur, quod si dixerint: Quo egrediamur? dices ad eos: Qui ad gladium, ad gladium, qui ad famem, ad famem, & qui ad captivitatem, ad captivitatem.

Jerem. 12.

Vnde aliis: Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam (6 tenerrimum verbu, quo populum appellat) in manum inimicorum eius. C. Etsi fuerit mea hereditas, eam tamen reliqui: quinimmo populum, quem, cum dilectam animam, diligebam, dimisi. Verè facti sunt abominabiles, sicut ea, qua dilexerunt. Septuag. Facti sunt tam abominabiles, quam prius fuerant dilecti, &c.

Osee 9. Sept.

Sic, sic anima, qua antequam peccaret, erat Deo in deliciis, portabatur in brachiis Dei, dilecta Deo, chara Angelis, per peccatum fit Deo exosa, tanto nunc odio habita, quanto prius amore dilecta.

Matth. 3. Græc. Peccato damnatio præsens conjuncta.

Et hinc anima mox dānabatur, & secundum præsentem justitiam Inferno traditur. Matth. 3. Omnis arbor, qua non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Græc. in præsentem; Exciditur, & in ignem mittitur. Statim ac quis peccat, exciditur, & in ignem mittitur.

Jerem. 33.

Sic ubi legimus in Jerem. Ecce turbo Dominice indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum. in Græc. & Paraph. Chald. habetur: Ecce turbo Dominice indignationis egredietur. Quia statim ac peccat, judicatur, & Inferno dānabatur, ut dicatur descendere in Infernum vivens. Peccator descendit: in Infernum vivens: quia, quoad se, ad Infernum spectat, est

Peccator mem-

membrum Inferni: nec aliud deest, quā Inferni pœna, etsi non careat in conscientia infernali tormento. Peccatores descendunt in Infernum viventes, id est, ipsi adhuc vivi, sunt sibi met Infernus, gerunt Infernum, & ut damnati quoad præsentem justitiā sunt ipsius ditionis Inferni. Nunc qui fieri potest, ut peccator, qui se novit a Deo odio haberi, qui se esse damnatum, rideat? Quomodo terrore, ac tremore non horret, ille, qui se scit aliquem peccasse mortaliter? Quomodo non fugit? &c.

brum Inferni: Psal. 54.

Et Infernum circumferunt.

Creatura omnes abominantur peccatorem, abominabilis est celo, & terræ. Inquit Apost. Omnis creatura ingemiscit, cupiens liberari à servitute, &c. Sol exclamat: Heu, quamdiu invitus peccatorie zotiar? Sic terra: Quamdiu feram hoc onus? O si per Creatorem liceret, ut quondam, vivos diglutire. Sic omnes creatura ingemiscunt cupientes liberari à servitute. Ita August. Posset terra dicere, non debeo te sustinere, sed potius absorbere, quoniam à Creatore meo non timuisti peccando recedere. Posset dicere Sol: Non debeo tibi lucere, sed ad vindictam Domini, qui est fons luminis, penitus tibi radios meos abscondere. Sic etiam cuncta quæque creatura, &c.

Peccator abominabilis omni creatura: Rom. 8.

Aug. lib. de dilig. Deo. 1. 6.

Hinc Dominus: Et liberabo lanam meam, & linum meum; à servitute nimirum, qua creatura mea tam ægrè peccatori servit. Sic Hugo Carenis.

Osee 2.

Hug. Carenis.

Hinc Ioëlis 1. Confusum est vinum, elanguit oleum. Vinea confusa est. Quasi per prosopeam erubescant ipsa insensibilia, si peccatori servire debeant.

Ioel. 1.

Peccator lardit, deordinat, perturbat, & quantum est ex se, destruit creaturas omnes. Quo loco legimus: Generatio prava, atque perversa. Chald. vertit: Ordines mundi perversi sunt propter eam. q. d. Peccatum dissolvit totius concordiam universi. Ideo verè ille: Pater, peccavi in caelum, & coram te. q. diceret: Non solum tuam læsi Majestatem, sed etiam ipsum caelum, quod si corruptibile esset.

Peccator velut destruit omnes creaturas. Prov. 32.

Chald.

Luc. 15.

- corruptum jam esset. Et bene apparuit, A
clareque patuit, quod etsi cæli solidissimi
sint, pondus tamen peccati non sustinuerunt, &c. Et ideo cælum obscuratur, & ideo tonat, ideo fulgur emittit, quia non patitur peccatū, abominatur peccatū, &c.
- Deut. 28. Glossa.* Sit cælum, quod supra te est, ancil, & terra, quam calcas, ferrea. Sic ibi Glossa: Peccata hominum commutant ordinem rerum.
- Rom. 7.* Quam abominabilis peccator! tam abominabilis, ut ceu vilissimum animal, nedum mancipium aestimeretur venale. Ego autem carnalis sum (in persona peccatoris) venundatus sub peccato. Accepta, ut pretio, dulcedine pomi, inquit Haymo me ipsum Diabolo vendidi. Quod enim operor, non intelligo, ut vilissimus servus, qui non discit, an deceat, necne omnia iusta capessere; sed ut sub hasta vilissimo pretio coemptus (Tertul. legit, *negotius sub peccato*) currit ad omne flagitium: Quid abominabilius servo emptio Diaboli?
- Psal. 43.* Quid, quod nedum homines, sed, ut ita dicam, nec ipse Diabolus ob summam abominationem quandoque vult emere peccatorem? Vendidisti populum tuum sine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Sit hic latro, nec scelestissimi eundem ement, luxuriosum quisque, vel talis abominabitur: advocate ipsos Inferni Dæmones: Et non fuit multitudo in commutationibus eorum. Aquila, & Symmachus: Et non fuit pretium in vociferationibus eorum. &c.
- Peccatores se ipsos abominantur. Ezech. 8.* Ipsimet peccatores semetipsos abominantur: plures simul nec seipsos tolerant. In Ezech. Vocatus Propheta ad videndas abominationes, multos in templo vidit peccatores. Mirum! nec templi odores sat erant, ut se invicem tolerare possent, applicabant ramos ad nares: quia ubi plures sunt peccatores, ibi omnes foetores, &c.
- Ierem. 23. Sept. Hebr.* In Prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium. Sept. Vidi horrenda. Heb. Porienta, & monstra, Pagnin. Tetra, & fæda.
- Pagnin.* Abominabilis, & inutilis homo, qui bibit
- sicut aquam iniquitatem.* Vatab. Putridus, & foetidus homo. Alii, Corruptus, & male olens. O quam male! Sepulcrum patens est guttur eorum. Chald. Sicut Infernus patens guttur eorum; hoc est, ipsos Inferni foetores exhalat. Quid mirum, si Angeli obturant nares? Osee 8. Factus est quasi vas immundum. Hebr. Factus est quasi matula. In Levit. Nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est. In Deut. Depones eum de patibulo, antequam Sol occumbat, nequaquam contaminabis terram. q. d. mundum inficeret universum.
- Ista est lex hostia pro peccato. Vas fictile, in quo coma est, confringetur, quod si vas aneum fuerit, defricabitur, & lavabitur aqua. Ut sic legem immunditiæ sanciret, inquit Theodoret. doceretq; quantum malum sit peccatum, quod hac hostia figuratur. Vbi subdit Coro. à Lap. Hostia enim pro peccato, licet sancta sit, tamen quia pro peccato est, aliquid habet abominabile, & abolendum.*
- Quinimmo ipsa peccatoris vestimenta ipsomet abominantur.* Iob: Sardibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Ipsamet vestis, ut Chrys. ait, me odio habet, atque diffugit, plorat vestis, averfatur me, atque abominatur. Hinc Deus: Liberabo lanam meam, & linum meum. Chald. Detraham indumentum sericum, & byssinum, quasi plorent, nec ultra veliat contegere peccatorem. Idem Chrys. sub nomine vestimenti intelligit corpus. Abominantur me vestimenta mea, id est, ipsum mihi corpus invisum, & execrandum evasit.
- Idem aliàs: Possisti me contrarium tibi, & factus sum mihi in ipsi gravis, vel onus, quod idem est: insupportabilis nimium, ac intolerabilis mihi ipsi factus sum, &c.*
- Quid mirum, si nullibi valeo consistere vagus, & profugus, rejectus, expulsus exolus, abominabilis omnibus?*
- Sed id, quod caput est, abominabilis Deo: Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. Quid est, esse abominabilem Deo? In Osea: Vos non populus meus, & ego non ero vester. Alii: Non*
- Iob 15. Vatab. Alii. Psal. 5. Chald. Osee 8. Hebr. Levit. 5. Deut. 21. Levitic. 6. Theod. q. 11. Corn. 11. Peccatores sua vestimenta abominantur. Iob. 9. Pined. 11. Chrys. Osee 2. Chald. Chrys. Iob. 7. Gen. 4. Psal. 5. Osee 1. Riber. 11. ero*

Hebr.

Peccatoris se-
gremia infeli-
citas, esse ab-
ominabilem
supremo Deo.

Isa. 55.

Rom. 7.

Rom. 11.

Isa. 29.

Chryf.

Theop. &

Oecum.

Origen.

Osa 1.

Isa. 2.

Peccatum
venter Inferni

ero vestrorum Deus, &c. In Hebræo est: Non A
ero vobis. Quæ lectio majorem vim ha-
bet. q. diceret: Nihil mihi curæ vestri
erit, vestri curam abiiciam. O infelicissi-
mum peccatoris statur, reprobati, ab-
lactati, absque misericordia! Separatus
enim à Deo peccator non fugit lac ex illis
dulcissimis uberibus: hic non bibit vi-
num, & lac, hoc est, gratiam & spiritum,
& rerum agendarum iudicium, & con-
temptum sæculi amorem que cælestium B
bonorum, quæ omnia iustis manant, ut
lac ex Christi visceribus, sed cibis comu-
nibus, & immundis vescitur, libris lasciv-
is, consuetudinibus perditorum, impu-
diciis, porcorum siliquis, sacrilegiis,
perjuriis, detractionibus, blasphemis,
quousque excrecat, & ad eum gradum
perveniat, quem habet Apost. ad Rom.
Tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut fa-
ciat ea, quæ non conveniunt, repletos omni ini-
quitate, malitia, fornicatione, avaritia, ne-
quitia, plenos invidia, homicidio, contentione,
dolo, malignitate, susurrone, detractores, Deo
odibiles.

Hic tandem est, qui pervenit ad spiri-
tum illum compunctionis, ut dicit Apost. ex
Isa. vel spiritum saporis, quod est mens in
malo fixa, pertinax, ut inde avelli ne-
queat, ut Chryf. Theoph. & Oecumen.
ajunt. Huic merito miscetur non lac, & D
vinum, sed saporis spiritus, ut altissimo,
ac gravissimo somno sopitus nihil videat,
sed in peccato maneat quasi infixus: Vsq.
in hodiernum diem, ut Paulus dicit; hoc est,
usque in finem vitæ, sic Origen. Et hinc
illud: Non addam ultra misereri domui
Israel, sed oblivione obliviscar eorum.

Hi sunt, qui adhuc vivi sunt in ventre
Inferni, circumdati aquis, vallati abyfso,
& quoad se terræ vectibus conclusi in E
aeternum. Appositè peccator dicitur esse
in ventre Inferni, peccatum est venter
Inferni: nam venter cibos concoquen-
dos, & in corpore manufros continet, &
concoquit; sic peccatum, dum manet,
dum pœnitentiâ non tollitur, quid conti-
net, nisi eos, qui cibis Inferni, & ignis
illius inextinguibilis futuri sunt, nisi
prius, Deo præcipiente, eos evomat in
aridam pœnitentiæ?

O quam misera peccatoris conditio,

qui dum in peccato est, dicitur esse in
corde maris! Et projecisti me in profundum,
nec quod vis, sed in id, unde facile extrahi
nequeam. In corde maris: Vnde jactor in
omnes partes, & aquas amarissimas ve-
lim, nolim, bibo. Talis est peccator,
huc illuc agitur, aquis amarissimis re-
pletur, subjectus fluctibus, ac gurgitibus
omnium tentationum, ac malorum, cir-
cuadant eum aquæ usq; ad animam,
abyfso vallat eum, pelagus operit caput
ejus, ad extrema montium descendit,
terræ vectes concludunt eum in aeternum.
En gradus, quibus ut vivus, sic & mor-
tuus ad Infernum descendit: aquæ cir-
cundant: dein abyfso vallat: post pela-
gus caput operit: ad extrema montium
descendit: & terræ vectes in aeternum
concludunt, &c.

Hinc Sancti nihil magis, quàm pecca-
tum abominabantur: hoc metuebant,
horrebant, &c. Tobias filio: In omni
tempore vitæ tuæ in mente habeto Deum, &
C cave, ne aliquando peccato consentias. D. An-
ton. de Pad. Ecce quale testamentum To-
bias condidit filio suo, qualem ei posses-
sionem dimisit: Cave, ne aliquando peccato
consentias. Vox digna patre ad filios.

Hoc eodem peccati horrore educata
Susanna ô quàm tunc peccati odium pa-
tefecit, cum ait: Melius est mihi mori, quàm
peccare, &c. Sic, sic honorem mundanum,
ac temporalem postponere debemus ho-
nori divino: sic vitam, &c. antequàm
Deum offendamus. D. Thom. Quilibet
debet potius mori, & præligere omnem
pœnam in generali, quàm peccare non
solum mortaliter, sed etiam venialiter. O
fœminæ constantiâ, quæ in particulari
mortem, & talem mortem prælegit po-
tius, quàm Dei offensam! In hoc constât,
ait D. Thom. differt: b inconstanti, quod
ad minus malum sustinendum cogitur
metu majoris mali; non autem cogitur
ad majus malum, ut vitet minus malum: sed
inconstât cogitur ad majus malum propter
metum minoris mali; sicut ad peccatum
propter metum corporalis pœnæ, &c.

Voluntas sola est intrinseca causa pec-
cati. Nihil exterius, ait Thom. est causa
sufficiens peccati, sed tantum suadens, vel
movens appetitum sensitivum. Idem: Ali-
quis

Qui in peccato,
idem in corde
maris est.

Tob. 4.

Ser. 15. post
Trin.

Can. 13.

Quodl. 29.
art. 2.

Peccare ve-
nialiter nec pro
vitâ conser-
vandâ debe-
mus.

1. par. q. 155.
art. 4.

1. 2. q. 8. ar. 2.

quis potest impelli à Dæmone in actum peccati, non autem in peccatum, &c.

D. Ansel.

Infernum, quàm peccatū incurreret S.

Anselmus malebat.

Chryf. hom.

48. ad Pop.

Ant.

Peccatum gehennā gravius

Rom. 7.

Peccati quavis titillatio

B. Paulo gravius, quàm omnia vincula.

August.

S. Ludov. Rex Gallie.

Arist. l. 3.

Ethic.

Peccato mors optabilior vixit Aristoteli.

D. Ansel. Si hinc peccati horrorem, inde Inferni dolorem corporaliter cerneberem, prius Infernum, quàm peccatum appetere, &c.

Chryfost. hom. 48. ad pop. Antioch. Si quis sensum habet, & mentem, jam & gehennam sustinuit, postquàm ex DEI conspectu recessit: sed postquàm hoc non doler, propterea ignis intentatus est. Oportet enim, non quando punimur dolore, sed quando peccamus. Quippe si Christum diligeremus, sicut oportet diligere, cognosceremus, quòd gehenna gravius est dilectum offendere.

O quàm id meruebat Apost. dum clamabat. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Fomite, ac languore concupiscentiæ, ut loquitur August. Mirum! toties vincus carenis non clamat: Infelix ego homo; Sed vel titillationes sentiens exclamat ob timorem scilicet peccati. Hic est timor Sanctorum.

Vox matris ad Ludovicum Regem: Fili, potius mortem oppetas, quàm in peccatum consentias.

Vel Aristoteles sine lumine fidei: Melius est mori, quàm facere aliquid contra bonum virtutis.

Peccatum habet fecunditatem, nisi per penitentiam tollatur.

PUNCTVM CLVIII.

Psal. 6.

Alit.

Exod. 32.

Peccatum fecundum, nisi deleatur.

Psal. 57.

D. Aug. ib.

Peccata connecluntur,

Psal. Inquinata sunt vis illius in omni tempore. Alii: Parturiunt vis illius in omni tempore. Isti sunt Diitui, etsi unicum esset idolum, ad effectum quippe fecunditatis erat respectus: Isti sunt Dii tui. Idolum fecundum.

Iniquitates manus vestrae concinnant. D. August. Iniquitates manus vestrae conneclunt. Quid est hoc, conneclunt? De peccato peccatum, & ad peccatum, peccatū

propter peccatum. Quid est hoc? Furum fecit, peccatum est. Visus est, occidere quærit eum, à quò visus est. Connexum est peccatum peccato. Permisse Deus occulo iudicio occidere eum, què voluit occidere. Sentit sciri, quærit & alterum occidere conneclit tertium. Dum ea molitur, fortè ne inveniatur, aut quia fecit, ne convincatur, consulit Mathematicum: additum est quartum, &c. Et quis posset numerare, quæ connecluntur peccata peccatis. Iniquitates manus vestrae conneclunt. Quandiu conneclitis, ligas peccatū peccato. Te solve à peccatis, &c.

Invidia Cain fuitne sterilis? Nequaquam. Sed quid? Odium peperit, hoc autem fratricidiū, istud errorem in fide, hoc desperationem, ac damnationem. Curiosus obtutus Regis David sterilisne fuit? Haud certè. Quid parturit? Nostis. Perjurium Petri vix horà elapsà duo similia parturit. Peccatum, quod per penitentiam non deletur, mox suo pondere in aliud trahit.

Peccatum semper fecundum, & magis ac magis excrefcens. Habac. 1. Totum in hamo sublevavit, traxit illud in sagena sua, & congregavit in rete suam. Ille animi causa piscatur, utitur hamo, sed si ex aviditate gulæ, piscatur reti, quòd si aliud comedere non vult, nec aliunde vivere, piscatur sagena. Hieron. Piscator mittit hamum, & rete, & sagenam, ut quod hamus non potuit, rete comprehendat, quòdque evaserit rete, sagenis latioribus capiatur. Jam illi, quod hamus sublevabat, satis superque erat, aliquid nimirum vel præter intentionem ex oblata sponte occasione, paulatim quærit ipse occasiones, & laxat retia, & ne vel una dilabatur, sagenis utitur, ut quod reti non potuit, sagenis latioribus capiatur.

De incauto juvene ab illà meretrice illeto, Salomon in Prov. Eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lascivens, & velut si avis festinet ad laqueum. O quàm verè! Peccat ille initio quasi coactus: Quasi bos ductus ad victimam. Dein sponte, ac leto animo: Quasi agnus lascivens. Demùm volat in peccatum, necum currit, yolat. Velut si avis festinet ad laqueum.

Annos

D. Aug. lib. 6.
Conf. 6. 8.

Non tunc relinquit incantatam sibi à parentibus terrenam viam (ò quàm verè! ò quàm sæpè incantatam terrenam viam! sed cælestem? absit) Romam præcesserat, ut jus disceret, & ibi gladiatorij spectaculi inhiatu incredibili, & incredibilitè abreptus est. Cùm enim averfaretur, & detestaretur talia, quidam ejus amici, & condiscipuli, cùm fortè de prandio redeuntibus obvius esset, recusantem vehementer, & resistentem familiari violentia duxerunt in amphitheatrum crudelium, & funestorum ludorum diebus, hæc dicentem: Si corpus meum in illum locum trahitis, & ibi constituitis, nunquid & animum, & oculos meos in illa spectacula potestis intendere? Adero itaque absens, ac sic & vos, & illa superabo.

Quibus auditis illi nihilò segnius eum adduxerunt secum, id ipsum fortè explorare cupientes, utrum posset efficere. Quò ubi ventum est, & sedibus, quibus posuerunt, locati sunt, fervebant omnia immanissimis voluptatibus. Ille clausi foribus oculorum, interdixit animo, ne in tanta mala procederet, atque utinam & aures obruravisset. Nam quodam pugnae casu, cùm clamor ingens totius populi vehementer eum pulsasset, curiositate victus, & quasi paratus quicquid illud esset etiam visum, contemnere, & vincere, aperuit oculos, & percussus est graviore vulnere in anima, quàm ille in corpore, quem cernere concupivit, ceciditque miserabilis quàm ille. Quo cadente factus est clamor, qui per ejus aures intravit, & referavit ejus lumina, ut esset, quàm feriretur, & dejiceretur audax adhuc potius, quàm fortis animus, & ed infirmior, quòd dese præsumperat, qui debuit de te. Ut enim vidit illum sanguinem, immanitatem simul ebibit, & non se avertit, sed fixit aspectum, & hauriebat furias, & nesciebat, & delectabatur scelete certaminis, & cruenta voluptate inebriabatur. Et non erat jam ille, qui venerat, sed unus de turba, ad quam venerat, & verus eorù socius à quibus adductus erat. Quid plura? Spectavit, clamavit, exarsit, abstulit inde secum insaniam, qui stimularetur re-

Speranza Scriptura selecta.

dire, non tantum cum illis, à quibus prius abstractus est, sed etiam præ illis, & alios trahens. Ut primum bos, deinde agnus, postmodum avis effectus est!

Vincula, & alligaturæ Samsonis semper in deterius abierunt. Primum nevicis funibus, nedum siccis, & adhuc humentibus ligatus est: postmodum novis funibus, qui nunquam fuerunt in opere: demum crinibus licio circumligatis in terra confixus, donec abrahis caprus est. Credebat miser, quando voluntaria erant vincula, pro voluntate liber evadere, vel abrahis crinibus: Egrediar, inquit, sicut antè feci, & me excutiam, nesciens, quod recessisset ab eo. Dominus. Quem cum apprehendissent Philistinim, statim eruerunt oculos ejus, & duxerunt Gazam vinculum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. Gaza, transitus eorum, vel tendens eos. O quàm hic ad vivum refert peccatorem! his solum vinculis pro hac vice ligabor, mox mox egrediar, ac vincula dissolvam. Iterum arctius constringitur: Egrediar, sicut antè feci. Tandem oneratus catenis, quibus volens constrictus est, cæcus ad molam ligatur, ut in circuitu peccatorum perambulet.

Huc facit illud: *Qui offendit in uno, factus est omnium reus. Quid! commisitne omnia peccata? Actu nequaquam, sed potentia utique.* Gregor. Peccatum, quod per penitentiam non deletur, suo pondere in aliud trahit.

Peccatum grave est onus, quo quis ita curvatus cedit, ut faciem levare non possit.
PUNCTUM CLIX.

Miser factus sum, & curvatus sum usque in sinem. Pagnin. *Incurvatus sum vehementissime.* Chrysof. Grave, & onerosum est peccatum, & omni plumbo ponderosius. Sic & Achab, postquam hoc sensit, deorsum inclinatus ambulabat. 3. Reg. 21. *Et ambulavit demisso capite.* Sic Ambros. ad virginem lapsam, cap. 2. *Nonne tuam faciem conscientia commissum tanquam plumbum inclinavit, & premit?* &c.

T 11 D. Hieron.

Jud. 16.

Peccatoris à levioribus vitis ad graviora procedentis typus Samson.

Hebr.

Jacob. 2.

Psal. 37.

Peccati ingentia pondera. Chrysof.

3. Reg. 21.

Ambros. ad virg. lapsam.

1. 3.

Iob. 11.

D. Hier.

D. Hieron. ad ea verba Job : Si iniquitatem, qua est in manu tua, abstuleris, & non manserit in tabernaculo tuo in iustitia, tunc levare poterit faciem tuam absque macula. Sanctam videlicet, ait Hieron. possidens conscientiam, & liberam ad deprecandum Deum eriges faciem tuam, &c. Idem ad illud Job 22. Elevabis ad Deum faciem tuam. Jam, inquit, non ream, neque incurvatam deorsum, &c. Gen. 4. Quare concidit facies tua? Nonne, &c. Hebr. Si bene egeris, attolles faciem scilicet.

Idem in Job 2.
Gen. 4.
Hebr.

Luc. 13.

Gilbertus ser. 26. in Cant. A nativitate grave jugum super filios Adam, grave jugum, quod mulierem illam evangelicam annis decem, & octo incurvaverat, ne fineret sursum aspicere. Grave planè jugum, quod torum humanum genus in hac inclinata muliere excutere non poterat, neque deponere. Vis audire apponentem jugum super jugum? Audi quali excusatione unus de invitatis ab evangelica se subduxerit cœna: Inga boum emi quinq. O stolidi anima! anima tam invalida cervice, & attrito collo, unum illud portas, quod tibi corrupta imposuit nativitas. Tolle super te jugum Christi, hoc non est jugum boum, quia jugum rationale est, non quod laborem insigat, sed requiem comparat. Revertenti filio pater obvius procidit super collum ejus: pia sarcina, & jugum dulce, quod tamen sustinere, ac sentire non meruit, quousque primò in se reversus servilem conditionem diripuit: sic regressus ad patrem, erecta est cernix tua, &c.

Luc. 14.

Matth. 11.
Luc. 15.

Onus hoc Fratres, non sentimus, quia sub eo, quasi sub proprio elemento sumus. David illud non sensit, nisi ubi emergens clamavit: Iniquitates meae supergressæ sunt caput meum. Et sicut onus grave gravata sunt super me. Mola illa asinaria, ex Hilario, & Ambrosio, symbolum est peccati in profundum mergentis: Descenderunt in profundum quasi lapis, &c. Ponderat D. Hieron. in cap. 1. Jonæ, nautas, qui secum deferebant peccatorem Jonam, inobedientem scilicet sæviente tempestate projecisse vasa, quæ erant in navi, ut alleviaretur ab eis, minimè ta-

Psal. 37.

Matth. 18.
Exod. 15.
Iona 1.
D. Hier.

men alleviatam fuisse, quia pondus peccati adhuc in navi remanebat. Arbitrantur, inquit, navem solito onere pragrari, & non intelligit, totum pondus esse fugitivi Prophetæ, &c. Ita Chrysof. hom. de Jona: Apud se, inquit, periculi sarcinam retinebant, & magis, magisque Prophetæ corpore gravabantur, non corporis magnitudine, sed peccati: nihil enim grave æque, & onerosum invenies, quàm peccatum: ideoque Zacharias plumbo peccatum figuravit. Hinc ipsemet Jonas descendit ad interiora navis, quia omne grave tendit deorsum, &c. Quid, quodd aded grave est peccatum, ut cum solidissimum sit cælum, & quasi ære fassum, ut inquit Job, non potuerit sustinere onus peccati Angelorum? Et quia grave quàm ocysimè descendit, Satan hoc pondere veluti fulgur corruisse dicitur, &c.

Peccatum vel alienum positum super humeros Filij Dei ad terram eundem dejecit. Ponet in pulvere os suum, &c. Veni in altitudinem maris, cum alieno peccato, & tempestas demersit me, &c. Deponamus ergo (ut Apost. monet) omne pondus peccati, &c. Sic agiles erimus, sic læti, sic faciem levabimus, &c. Peccatum aded abominabile, &c. Psal. 50. Amplius larva me. Hebr. Multum larva me. Alij, Vt quæquaq. larva me. quia ex omni parte comaculatus sum, nam rem issum adhuc nescio quid maculæ relinquit, &c. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, ex Hebr. Quoniam rebelliones meas ego cognosco. Peccatum est rebellio à Deo.

Chryf. hom. de Jona.

Zach. 5.

Peccati onus neque calum potuit sustinere.

Iob. 37.
Luc. 10.

Peccato etiam alieno ad terram usque depressus Christus.

Thren. 3.
Psal. 58.

Hebr. 12.
Psal. 50.

Hebr. Alij.

Hebr.

Arif. in Meteor. lib. 2. hist. nat. fulmen quoddam esse, quod metallum absumit, numos nimirum in crumena, intacta crumena, ensem intacta vagina, fulmen enim, ut naturalem rationem reddamus, est maximæ virtutis agens, cui materia proportionari debet: at crumena, & vagina proportionata materia non est, mox enim cedit. Nunc idem videre horribiliter est in peccatore, cui animâ quasi intacto corpore peccatû absumit. O horrorem super omnem horrorem! nemo incedit, sed sine anima, mortuam eam per peccatum in corpore ge-

Arif. in Meteor.

Plin. l. 2. hist. nat.

Arif. in Meteor. lib. 2. hist. nat. fulmen quoddam esse, quod metallum absumit, numos nimirum in crumena, intacta crumena, ensem intacta vagina, fulmen enim, ut naturalem rationem reddamus, est maximæ virtutis agens, cui materia proportionari debet: at crumena, & vagina proportionata materia non est, mox enim cedit. Nunc idem videre horribiliter est in peccatore, cui animâ quasi intacto corpore peccatû absumit. O horrorem super omnem horrorem! nemo incedit, sed sine anima, mortuam eam per peccatum in corpore ge-

Arif. in Meteor. lib. 2. hist. nat. fulmen quoddam esse, quod metallum absumit, numos nimirum in crumena, intacta crumena, ensem intacta vagina, fulmen enim, ut naturalem rationem reddamus, est maximæ virtutis agens, cui materia proportionari debet: at crumena, & vagina proportionata materia non est, mox enim cedit. Nunc idem videre horribiliter est in peccatore, cui animâ quasi intacto corpore peccatû absumit. O horrorem super omnem horrorem! nemo incedit, sed sine anima, mortuam eam per peccatum in corpore ge-

Arif. in Meteor.

Plin. l. 2. hist. nat.

Luc. 15. *rit. Luc. 15. Filius meus hic mortuus erat Pondera, mortuus erat, & ambulabat, &c. Vivit itaq; sine vita, nec sentit, videtur vivus, sed mortuus est. Nomen habes, quod vivas, sed mortuus es* Hinc Christi lacrymæ: *Sic cognovisses & tu, &c.* Misera civitas fulmine tacta videbatur illæsa, videbatur intacta, & jam in oculis Christi erat in favillam, ac cinerem redacta Pf. 7. *Consumetur nequitia peccatorum.* Eugub. ex Hebr. *Consumet nequitia peccatores.* Ambular juvenis ille, peccator ille in exteriori parte, & de foris videtur intactus, sed intus est misere consumptus. *Infirmata est in paupertate virtus mea.* D Hier. ex Hebr. *Infirmata est in iniquitate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt.* Eugub. *Et ossa mea tineverunt.*

Peccatum delictivum, vel peccati extirpationem.

1 Reg. 1. *Hunc respexit Bethsabe, dum dixit ad David: Erimus ego, & filius meus peccatores.* Periphrasim dixit malorum omnium. Alij, *Erimus erronei, exules, extorres,* hoc est, semper circumvagantes, ut Cain, qui post peccatum habitavit in terra Nod, quod est instabile. D Hieron. *Erimus extirpati.* Gen. 3. *Emisit eum de Paradiso voluptatis.* Sept. addunt: *Et habitare fecit contra Paradisum voluptatis.* Ubi August. contra Paradisum, quo beata vita spiritualiter significatur, habitat peccator, quia scilicet in maxima miseria vitam ducit.

Gen. 37. *Sic Joseph invenit fratres suos in Dothain, quod est defectio.* Ubi Ambr. *Qui Deum deserit, in defectio est.* Ubi eos invenisset, nisi in defectio, qui tam graviter peccando defecerunt?

Prov. 8. *Qui in me peccaverit laedet animam suam.* Pagnin. *Explicat animam suam.* Luc. 10. *Homo quidam descendeat (per peccatum) ab Ierusalem (visione pacis) in Iericho (defectus) & incidit in latrones, qui etiam despoliarunt eum.*

Isa. 1. *Es relinquetur filia Sion, sicut civitas, qua vastatur vastitate hostili, Imaginariè pos-*

A sumus aliquid horribilius? *Posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.* Heb. *in acer vos lapidum.* Psal. 78. *Hebr.*

Peccatum aded abominabile, ut omnibus illud modis peccator celare vitatur, licet celari nequeat, &c. David: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum* Cajet. *Super occultrum meum supergressæ sunt iniquitates meæ.* Rex nulli subditus celat peccatum, Ex abominatione peccati.

B Peccatum abscondi nequit, & peccatorem condemnat. *Tulit Achaa regulam auream.* Heb. *Lingulam auream,* peccatum suam lingulam habet, quæ se prodit. Græc. *Regulam ignis.* Si aurea, quomodo ignis? Ignis abscondi nequit, flammam explicat. Præterea dicitur ignis, quia peccatum secum suam fert poenam. *Aufers rem alienam, quid putas, fers domum? Ignem, prælagium æternarum flammaram.*

C Ad Cain statim in foribus peccatum aderit. hoc est, eisdem, sic dixerim, notorium fiet: nam in foribus aderit, ubi jus dicitur, ac sententia fertur. Exod. 2. *Occidit Moyses Ægyptium.* Exod. 1. *Cumque circumspexisset huc, atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussit Ægyptium abscondit sabulo.* Die altero egressus conspexit duos Hebræos rixantes. Alteri eorum dixit: *Quare percutis proximum tuum? Qui respondit: Quis te constituit Principem super nos? Num occidere me tu vis, sicut heri Ægyptium occidisti? Timuit Moyses, & ait: Quomodo palam factum est verbum istud?*

D Sed inquires, quid mirum hæc, & id genus alia sunt opera externa: at interna quis intelliget? *Falleris, peccatum enim statim ac animo conceptum est, aded vultum immutat, ut per truces oculos, per rogatam frontem, præter naturalem colorem, aliæque indicia sæpè sæpius pateat.*

E *Cor hominis immutat faciem illius, sive in bona sive in mala.* Et iterum: *Ex visu cognoscitur vir, &c.* Eccl. 13. *Idem 9.*

Antequam Caim perpetrasset homicidium, statim ac animo concepit facinus, audivit: *Quare concidit facies tua, &c.* Gen. 4.

Peccatum aggravat, deprimit,
torquet conscientiam.

PUNCTUM CLX.

Gen. 4.
Hebr.

Gen. 4. Nonne si bene egeris, recipies? Hebr. Nonne si bene egeris, attollis? Ut demisso capite incedebat, qui curvata gerebat conscientiam! Quare concidit facies tua?

Psal. 37.
Theod.

Iniquitates mea supergressa sunt caput meum, & sicut onus grave gravata sunt super me. Theodor. Diflexit me grave peccati onus.

Iob. 22.
Sept.

Si longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo, ele vabis ad eum faciem tuam. Sept. Fidu- cialiter ages coram Domino, inspiciens calum hilariter. Mala conscientia non respicit ca- lum hilariter, sed multa cum mœstitia terram. In Dan. Declinaverunt (illi) oculos suos, ne viderent calum.

Conscientia mala neque calum hila- riter respicit. Dan. 13.

Es imaginem mortis in fa- cie gerit. Sept.

Ambrosius, ibid.

Mala conscientia in facie gerit imagi- nem mortis. Et ero vagus, & profugus super terram. Sept. Et ero vagus, & tremens super terram. Omnis igitur, &c. Ubi Ambrosius. Fe- rebat sententiam, quòd dignus esset, cui nullus ignosceret. Cum adhuc persecutor deesset, ipsa sese injusti vita cruciabat. Offunditur nobis ultrix nostri imago peccati, nec quietum reum esse permittit. Omnis, qui invenerit me, &c. Quid? Omnis te occidere poterit? vel parvulus? Otimi- dam conscientiam!

Ezech. 52.
Sept.

Et tu porta tormentum tuum. Sept. Et tu porta tormentum tuum. Sic, ubi nos legi- mus: Si justus fecerit iniquitatem, ponam co- ram eo offendiculum. Theod. & Hieron. le- gunt: Dabo tormentum in faciem ejus? Et erit vita tua (mala) pendens ante oculos tuos (clau- de ut vis) & timebis die, ac nocte.

Psal. 48.
Sept.

Et statuam contra faciem tuam. Sept. Et statuam contra faciem tuam, peccata tua. Bern- nard. Nulla pœna major mala conscien- tia. Ipsa est delictorum testis, ipsa Judex, ipsa tortor, ipsa carcer, ipsa judicat, ipsa punit, ipsa damnat.

Job. 15.
Sept.

Job: Cunctis diebus suis impius superbit. Sept. Omnis vita impij in sollicitudine.

Aquila: In dolore. Reg. Se excruciat. Pagnis. Aquila. Dolet, ut parturientes femina. Verissimè Reg. omnes. Pagnis.

Sic 1. Regum: Sed quod debetis, reddite ei pro peccato. Sept. Reddite ei pro cruciatu. Sept. 1. Reg. 6.

Hinc in ipsis deliciis spinas sentit, in ipso molliori lecto punctiones. Dixit hoc ipsum David, dum stratum suum bacu- lum, ac flagellum nuncupavit: nam ubi nos legimus: Et lacrymis meis stratum meum rigabo; Dicitio Hebræa baculum, & flagellum significat. O quam verum! La- crymis meis flagellum meum rigabo. Le- ctus videtur, sed est flagellum.

Conscientiæ flagello cæsus infelix ille Judas, ac desperationi lazari habentis, ad laqueum cucurrit, nec enim potuit, ut ait Chrysost. acerbos conscientiæ stimulos, & flagella perferre.

Quos divi conscia facti Mens habet attonitos, & surdo verberare cadit. Turvenal. Satyr. 13.

C. Oculum patiente animo tortore flagellum. Habet occultos conscientia carnifices, in- quit Pacatus in Panegyrico: quia magis lancinant, & torquent vitia, quam cruces, quam verbera, quam tormenta.

His carnificibus, ac tortoribus initio datus fraticida ille, de quo Hieron. ad Damasum, quæst. 2. Nolens Deus eum compendio mortis finire cruciatus, nec tradens pœnæ, qua se ipse damaret, ait: Non stes id est, non ut existimas, morieris, & mortem pro remedio, accipies, verum vives usque ad septimam generationem, & conscientia tua igne torqueberis.

Volens Job peccatoris angustias ob oculos ponere, iidem utitur angustias, quibus Rex ad bellum urgetur: Terrebit, eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut Regem, qui preparatur ad prælium. Ut animo angustiat Rex iturus ad bellum, ut curis totius regni urgetur, ut somnum non capi- pit: Sicut Regem, qui preparatur ad prælium.

Alij: Qui preparatur ad rotam. Alij: Ad ha- siludium. O vera metaphora! Et quisnam homo lanceis confodiendus, nisi pecca- tor? Sic Sept. Angustia, & tribulatio roboran- tur contra impium, & prevalebunt eis, aut iesum compriment.

Idem: Sonitus terroris semper in auribus ipsius. Hebr. Sonitus terrorum semper in auri- bus.

bus illius, & cum pax sit, ille insidias suspiciat. Impius timorem habet assiduum in auribus commorantem, nam quicquid audit, semper in deterius interpretatur: vel salutaria amicorum monita, & consilia, dolos, & machinationes reputat: sic sen per aures habet pavidus, ipse harmonicus sonus, ipse sonus terroris est. Sic de Aegyptiis Sapiens: *Sive spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos arviuum sonus suavis, aut vis aque decurrentis.* Sept. *Aut rhythmus aqua, aut sonitus solij decedentis deficientes faciebant illos pra timore. Sonitus ergo terrorum semper in auribus ejus, & cum pax sit, ille insidias suspiciatur.*

Non credit, quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspiciens undique gladium Symmach. *Prævisus ad gladium.* Sept. *Directus in manus ferri.* Vatab. *Aspectus a gladio: quasi gladius quaerit eum semper.*

Cum se moverit ad quaerendum panem, novit, quod paratus sit in manu ejus tenebrarum dies. Sept. *Novit in seipso, quod maneat in ruinam: hoc est, nec buccellam absque timore veneni videtur sibi posse comedere. Cunctis diebus vita sua comedit in tenebris. Quid? Non prander die in aliquo amœniori loco? In tenebris, in tenebris miser semper pavidus. Novit, quod paratus sit in manus ejus tenebrarum dies.* Scri: turæ phrasis, portare animam in manibus, habere tenebras in manibus, est semper tenebras, mortemque ob oculos habere.

O quam e contra justus securus, quietus, sive comedat, sive dormiat! *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me: hoc est, e regione, & in conspectu hostium securus mentis accumbo. Expressum hoc videre est in Christo Domino. Cum intraret domum cujusdam Principis Pharisæorum Sabbato manducare panem. & ipsi observabant eum: nam coram ipsis suis hostibus oculatissimis calumniatoribus summa animi tranquillitate panem manducabat: Quis ex vobis arguere me de peccato? Hæc Christi innocentia erat, huicque similis cujusque Christiani debet esse conscientia, qua vel proprios hostes testes requirat & dicat: Quis ex vobis? &c. Insuper leo confidens absque terrore erit.*

A Non sic impij: nō sic: Et ero vagus, & profugus super terram. Et statim in foribus peccatum aderit: aut accubabit, more scilicet canis morosi, qui nec egredi, nec ingredi hominem tranquillè sinit, sed importuno latratu semper inquietat.

Philol. de Joseph: Conscientia carnis (introducitur ipsum loquentem) non sinet me oculos in herum erigere, ut nemo prodat alius. Hæc semper remorder, nec diuturnitate temporis quietescit. Notat Chrysost. illud de fratribus Joseph, qui cum post tot annos venditionis ejusdem accusarentur furti, non furti quidem, quod non fecerant, sed venditionis à propria conscientia sunt redarguti. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum. Hac de re nemo dicebat aliquid, sed conscientia remordebat. O quam id multis contingit! Multis abhinc annis peccavit, patitur aliquid adversi: Merito hæc patior, inquit, quia peccavi.

Tullius: Sua quemque fraus, & suus error maximè vexat, suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit, suæ malæ cogitationes, conscientiaque animi terrent. Hæ sunt impiis assidua, domesticaque furia, quæ dies, noctesque pœnas à sceleratissimis reperunt.

Peccata nostra responderunt nobis, & scelera nostra ante nos sunt, q. d. deterrent: hæc larvæ, &c.

Et peccatum meum contra me est semper. Hebr. Et peccatum meum coram me est semper, hoc est, illud semper intueri cogor: & si claudio oculos corporis, non claudio oculos mentis. Conscientia oculis die, nocteque illud cerno, inquit Euthym.

Peccatum meum contra me est semper, vel coram me est semper. Hoc est. Peccatum est antidotum peccati, nam dum illud confidero, & contra me illud video, expello. Peccatum meum contra me est semper. Videtur delectando esse pro me, sed est contra me. O quam verè contra me, & contra me semper die, nocteque! Quisquis alius inimicus non est contra me semper: Peccatum meum contra me est semper.

August. ad illud: *Adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis. Multæ sunt (inquit) tribulationes, & in omni tribulatione*

T r i b u l a t i o n e

15.

Sept.

Tob. 15.

Symmach.

Sept.

Vatab.

Sept.

Ecl. 5.

Psal. 22.

Luc. 14.

Joan. 8.

Prov. 8.

Philol. de Joseph.

Gen. 42.

Tull. pro Roscio.

Isa. 5. Hebr.

Psal. 50. Hebr.

Euthym.

August. Psal. 45.

Conscientia
mala malorum
omnium pessimum.

atione ad Deum confugiendum, siue sit tribulatio in re familiari, siue sit in salute corporis, siue de periculo charissimorum, siue de aliqua re ad huius vitæ sustentaculum necessaria, omnino aliud refugium non debet esse homini Christiano, quam Saluator ejus, quam Deus ejus, quod cum confugerit, fortis sit. Non enim ipse in se fortis erit, aut sibi ipse fortitudo erit, sed ille illi fortitudo erit, qui refugium ejus factus est. Verum tamen, charissimi, inter omnes tribulationes humanæ animæ nulla est major tribulatio, quam conscientia delictorum. Namque si ibi vulnus non sit, sanumque sit intus hominis, quod conscientia vocatur, ubicunque alibi passus fuerit tribulationes, illuc confugiet, & ibi inueniet Deum. Si autem ibi requies non est propter abundantiam iniquitatis, quoniam & ibi Deus non est, quid facturus est homo? Quod confugiet, cum coeperit pati tribulationes? Fugiet ab agro ad civitatem, à publico ad domum, à domo in cubiculum: & sequitur tribulatio. A cubiculo jam quod fugiat, non habet, nisi interius ad cubile suum. Porro si ibi tumultus est, si fumus iniquitatis, si flamma sceleris, non illuc potest confugere. Pellitur enim inde, & cum inde pellitur, à se ipso pellitur. Et ecce hostem suum inuenit, quod confugerat, se ipsum. Quod fugiturus est? Quocunque fugerit, se talem trahit post se, & quocunque talem traxerit se, cruciat se. Sed à seipso sunt tribulationes, quæ inveniunt hominem nimis, acerbiores enim non sunt, tantò sunt acerbiores, quantò interiores. Hæc Augustinus.

Psal. 9.

Peccati malitia tanta est, ut solum eam Deus exactè perpendat. Quonia tu (solus) laborem, & dolorem consideras, hoc est, peccatum, & poenam peccati, tu solus incomprehensibilis comprehendis: Tu (solus) laborem, & dolorem consideras, hoc est, malitiam, ac gravitatem peccati, poenamque illi debitam.

*Chrysocon.
1. de Lazaro
tom. 2.*

Hanc pulchrè accipe à Chrysocon. con. 1. de Lazaro, ubi sic ait: Antequam illic (scilicet in Inferno) puniantur, jam nunc qui improbè agunt, atque in peccatis vivunt, puniantur. Nec enim mihi dixeris, illum

A mensa sumptuosa frui, vestibus circumdari sericis, maecipiorum reges circumferre, alios submovere in foro, sed explicamih i istius conscientiam, & videbis intus gravem peccatorum tumultum, jugem metum, tempestatem, turbationem: videbis velut in Curia, mentem ad thronum conscientie conscendisse regalem, tanquam Judicem quempiam sedentem, & cogitationes loco carnificum adhibentem, in equuleo suspendentem lateraque conscientie radentem unguis, pro commissis vehementer inelamantem, cum nemo sciat, nisi quod solus Deus hæc videre noverit. Etenim qui committit adulterium, etiamsi millies fuerit dives, etiamsi nullum habet accusatorem, non desinit tamen intus seipsum accusare: & voluptas quidem temporaria est, dolor verò perpetuus; timor undique, ac tremor, suspicio, & anxietas, angulus metuit, umbras ipsas formidat, suos ipsius famulos, concios, infcios, illam ipsam, quam corrumpit, & virum, quem affecit contumelia. Obambulat amarum accusatorem circumferens conscientiam, cum sit suo ipsius iudicio damnatus, nec vel ad breve tempus possit respirare: nam in lecto, & in mensa, & in foro, & in domo, & interdiu, & noctu, & in ipsis frequenter somniis hæc iniquitatis simulacra videt, ipsiusque Cain vitam vivit, gemo, ac tremens super terram, cum nemo sciat; intus tam habet ignem implicitum. Idem patiuntur, & qui rapinam exercent, & qui fraude lucrum faciunt, hoc & ebriosi, in summa, quotquot in peccatis vivunt.

Conscientia
amarus accusator.

Christus Crucis affixus peccati gravitatem declarat.

PUNCTUM CLXI.

Quam verum de eo illud: Tu laborem, & dolorem consideras: nam à planta pedis, usque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Alij: Non est in eo forma humana.

*Psal. 9.
1. sa. 1.*

Item;

Item: *Vitam dolorum, & scientem infirmitatem.* Heb. *Homo in plaga.* Percussus à Deo. Heb. *Percussus Deum.*

Isa. 5.

Psal. 128.

Job. 7.

August.

Isa. 53.

S. Ber. serm. 1. de Nat.

Suprà dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam. Heb. *Suprà dorsum meum araverunt arantes, prolongaverunt orationes suas.* Job: *Factus sum mihi motus gravis.* Sept. *Super te onus.* August. *Ut essem tibi oneri.* Posuit iniquitates nostras super eum, cujus livore sanati sumus. Propter scelus populi mei percussit eum. *Attritus est propter scelera nostra.* Bernard. Ex consideratione remedij, periculi mei aestimo quantitatem. Nesciebam, sanus mihi videbar, & ecce mittitur Virginis Filius, Filius Dei altissimi, & jabetur occidi, ut vulneribus meis pretioso Sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce, ô homo, quàm gravia sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari. Si non essent hæc ad mortem, & mortem sempiternam, nunquàm pro eorum remedio Dei Filius moreretur.

Laborare me fecisti in peccatis tuis. Dicamus etiam: Sudare me fecisti sanguineo sudore in peccatis tuis. Addamus: Mori me fecisti, & morte Crucis in peccatis tuis. Quid magis alienum à Deo, quid est ipsa vita, quàm mors? Hanc verò quid inferre potuit? Peccatum. *Aspicent, in quem transfixerunt.* Oblitus es Domini Creatoris Alij: *Vulnerasti Creatorem tuum.* Sophron: *Va provocatrix civitas.* Hieron. *Va Deum amarum reddens.* Et Malach. 3. *Si affiget homo Deum, quia vos configitis me.* Et in Psal. 78. *Et sanctum Israël exacerbaverunt.* Ex Cajet. *Signaverunt E. Genebr. Crucifixerunt.*

Vigilavit jugum iniquitatum mearum in manu ejus. Ex Hebr. *Stimularit, seu pupugit jugum iniquitatum mearum manum ejus.*

Peccatum efficit hominem surdum.

PUNCTUM CLXII.

Rom. 11. Dedit illis Dominus, hoc est, permittit, spiritum compunctionis, apud

Duter. 32.

Rom. 11.

A Isa. Spiritum soporis. Chald. Spiritum erroris. Syriac. Spiritum stupiditatis. Aquila: *Gravem somnum.* Hebr. *Veterum. Oculos, ut non videant, aures, ut non audiant.* Transpunctæ mentis peccator, ut ait Cyprian. præcepta contemnit, stupidus, semper errans, veterno laborans, salutis monita non audit.

Isa. 29. Chald. Syriac. Aquila. Hebraeus.

Jonas: *Et dormiebat sopore gravi,* proprie ex Hebr. *Et dormiebat sopore immobili;* ut scilicet nec tonitrua excitarent, nec tempestas tam sæva excuteret, quin ipsa tempestas somnum conciliabat. Expressa peccatoris figura, quem nec judicij tonitrua excitant, nec tempestates adversitatū excutiunt, sed stupidus, sed veterno laborans deprimitur sopore gravi, ac penè immobili: hinc vulneratur, & non dolet, percutitur, & non sentit, ejiciuntur è navi animæ pretiosiora, nec expergiscitur.

Ion. 1. Hebr.

Peccatoris quanta sunt.

C Item efficit mutum: *Erat Iesus ejiciens Dæmonium, & illud erat mutum.* Iniquitas oppilabit os suum. Oppilare est omninò claudere, ut nihil expiret. Talis David: *Quoniam tacui, inveteraverunt omnia ossa mea.* Hebr. *Omne robur meum elanguit.* D. Hieron. *Attrita sunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Quid tacet, & clamat: Clamat, sed intra se dolore pressus mugit potius. Sic Cajet. *Dum mugirem tota die.* Mugit peccator, & Diabolus non sinit, ut altius mugiat. *Non clamabunt in gutture suo.* Idem Cajet. ex Hebr. *Non mussitabunt in gutture suo.* Hinc infelix ille peccator, cui iniquitas oppilavit os, mugit intra se, & non mussitat foris. Si quæras, quid habes? quid doles? non mussitat.

Luc. 12.

Psal. 106. Psal. 31. Hebr.

D. Hier.

Cajet.

Psal. 113.

Cajetan. ex Hebr.

Demùm exæcat: *Cæci in plateis, quia Domino peccaverunt.* Peccatores illi capti oculis aded, ut ostium invenire non possent.

Thren. 4. Gen. 18.

E Cùm enim subitaneis aperti essent tenebris, unusquisq; transitu domus sue quærebant, & c.

Sap. 19. Peccatum cæcat.

Peccatum est omnis paupertas: *Infirmata est in paupertate virtus mea.* Hieron. *In iniquitate.* Chald. *In peccato virtus mea.* Chrysol. de filio prodigo: *Quàm pauper rediit, qui ditatus abscesserat, & de tota substantia calceamenta in pedibus non reportavit.*

Psal. 30. Hieron. Chald. Chrysol. Pauperimum facit.

Qui facit peccatum, servus est peccati, & Diabo-

om. 8.

Diaboli. Non est, qui hanc miseriam perpendat. Filij Israël olim aded tyrannicè oppressi, ut multis cum lacrymis ad Deū clamarent: *Recordare, Domine, quid acciderit nobis, intueri, & respice opprobrium nostrum; hereditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos, aquam nostram pecunia bibimus, ligna pretio comparavimus, lassus non datur requies, Ægypto dedimus manum, & Assyriis, ut saturaremur pane, servi dominati sumus nostri.* Hæc erat eorum miseranda servitus, ad vivum omnino referens peccatorum omnium servitutem, &c. At quàm deterior, durior, infelicioꝝ est peccati servitus, peccatorisque status? Illi erant sub potestate Dæmonum. Illi habebant offensos homines, sed propitium Deum, quo cum loqui poterant, hic habet inimicum Deum. Illi erant captivi in Ægypto, aut Babylonia; hic est captivus Inferni, cui, qui peccat, secundum præsentem justitiam, jam addictus est: quoties enim peccatori peccatum remittitur, toties ex Inferno eruitur, & verè dicere potest: *Eruiſti animam meam ex Inferno inferiori.* Illi panem optabant, hic gratiam non habet.

Jerem. 5.

Miserrimosq;
servos.

Psal. 85.

Chryſ. in
Psal. 50.

Et pertimidos.

Chrysoſt. Consideres velim, quantum malum sit peccatum. Rex militem timeret. Non quisquam servus est, nisi qui peccatum admittit. Diadema gerebat, & probrum metuebat. Quid? Annon enim Rex es? Annon gladij penes te potestas est? Est ita, inquit, verum grave peccatum perpetravi, quod miseriam procreat, atque ignominiam prodir. Pertimesco, tremo. Cernisne, quantum mali in peccato insit? Rediit Urias è bello, atque Rex ad eum: Quid est Urias? ut se habet rex bellica? Pulchre inquit ille, vicimus. Audiuit Rex, quod miles vicisset, cum ipse victus fuisset: quod miles feliciter pugnasset, cum Rex voluptati succubisset: quod miles in bello victoriam obtinisset, cum ipse à peccato dejectus, ac prostratus fuisset. Vicimus, inquit ille, ac superiores fuimus. Consilij inopiã laborabat Rex, nec propter cladis acceptæ dedecus & ignominiam, belli victoriam sentiebat.

Peccatum est desolatio.

PUNCTUM CLXIII.

Cum videritis abominationem desolationis. Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est, qui recogitet corde? Quid: quàm infelix, quàmque sit misera hæc desolatio. Anima in gratia est templum Dei, cujus lumina, aureique candelabri lucernæ septem, sunt dona Spiritus Sancti, ornatus gratiæ, ac virtutes, sacrificia affectus; sed peccatum Antiochus, primò candelabrum surripit, postea *Unversa vasa, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & aurum, & argentum, & vasa concupiscibilia, & thesauros.* Denique & fugerunt habitatores Ierusalem. Sanctificatio ejus desolata est, sicut solitudo, dies festi ejus conversi sunt in luctum, Sabbata ejus in opprobrium, honores ejus in nihilum. O desolationem!

Matth. 24.
Jerem. 12.Peccatum est
quidam An-
tiochus.
1. Mac. 1.

Ad populum vana ob illud templum præsumptione peccantem jussu Dei agebat Propheta: *Nolite considerare in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, &c. Ite in Silo, &c. & maledixit altarij suo, hoc est, desolati, ac deltrui passus est. Sic faciam domui huic feci, sicut in Silo.*

Jerem. 4.

Posuerunt Ierusalem in p. morum, et custodiam. Alij: *In acervos lapidum Alij: In fossas, & desolationes.* Hinc fletus Prophetæ: *Quomodo sedet sola civitas plena populo? desolata civitas plena divitiis, desolata est vehementer. Hæcine est urbs perfecti decorus, gaudium univ. versa terra? Migrenus hinc, migremus hinc.* Abominatio desolationis.

Psal. 78.
Alij.

Thren. 1.

Peccata statim ac in animam ingrediuntur, omnibus eam expoliat bonis. *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt. Quid? Non ambulaverunt? Non ambulant, diceret Tullius: sed Spiritus Sanctus dicit: Ambulaverunt. Quia non reputantur ambulasse, inquit Hugo Card. juxta illud: Si averterit se iustus à justitia sua, & fecerit iniquitatem; omnes justitias, quas fecerat, non recordabuntur. Universi itaque bonorum operum meriti spoliuntur est*

Psal. 118.

Animam
omnibus mu-
dat bonis.Hugo Card.
Ezech. 18.

Eccles. 9.
Hugo Card.
Tietm.
Lorin.
Pineda.

est peccatum. Qui in uno peccaverit, multa bona perdet; id est, omnia. Sic ibid. plerique. Et qui offendit in uno, factus est omnium reus; quamvis non absolute, & simpliciter; sed quodammodo, quatenus scilicet retrò a totum operum meritis privatur. Sic D. Thom. Hinc Salomon: Qui in me peccaverit, laedet animam suam. Pagnin. Expoliat animam suam. Et David: Veniat mors super illos. Alij: Veniat fuscus super illos, qui scilicet omnia bonorum operum merita proscribat. Et inveniet eam vacantem, &c.

Prov. 8.
Pagnin.
Psal. 53.
Alij.

Neque id solum efficit peccatum, ut animam omnibus exuat bonis verum etiam eam omnibus replet malis. August. Malicia comes individuus est miseria.

Et replet malis.

Osee 9.

Hinc per Oseam Dominus: Va eis, citem recessero ab eis. O minae! Va monosyllabum est continens quicquid in hac, & in altera vita mali est. Vos non eritis mihi populus, & ego non ero vester Deus. Populo illi extremam denuncians desolationem dixit: Ego vado. Sensit hoc olim populus, qui cum audisset in Galgalis Angelum Dei personam gerentem, ac militantem, ed quod Dei gratiam per peccatum amisisset, flevit; fuditque tam largiter lacrymarum imbres, ut vocatus sit locus ille, Locus flentium, sive lacrymarum.

Isaie. 2.

Anima hæc sine Deo est? O terrorem! o horrorem! Toto corpore contremisceret, horrorem! aiebat Catharina Genouensis, si essem in Oriente, & vel primum gradum efferentem animam sine Deo ab Occidente præsentirem. Heu! heu! Totum animæ bonum est, habere Deum. Ad eum venimus, & mansionem apud eum faciemus. Hoc est quidquid boni in hac vita anima habere potest. Hinc Angelus ad Gedeonem: Dominus tecum, virorum fortissime. Et Gabriel ad Virginem: Ave, gratia plena, Dominus tecum. q. dicerent: Illustriores, gloriosioresque titulos non habemus, nisi has bonorum omnium periphrales. Et quidnam deest ei, qui Deum habet? Qui fontem boni habet, quid boni non habet? Quid mali, adversive timet? Ad Abraham, Isaac, Jacob, Moysen, Isaacum: Ego ero tecum, ego ero tecum. q. diceret, ne timeatis. Sed heu peccatum longius ab anima Speranza Scriptura selecta.

Isaie. 4.

Isaie. 6.
Luce 1.

Gen. 26.
Exod. 3.
Isa. 41.

A Deum separat, quam quævis longissima locorum spatia. Egressus est Cain à facie Domini. Adolescentior filius profectus est in regionem longinquam. August. dissimilitudinis: Peccata vestra de viserunt inter vos, & Deum vestrum: non loco sed animo, & voluntate. Heu, heu! Dereliquerunt Dominum. Hebr. Dereliquerunt Iehova. ipsius esse fontem.

Luce. 15.

Isa. 1.
Hebr.

B Avertat nobis Deus hujusmodi separationem. O quanto animi studio evitandum est, o quantis precibus efflagitandum, ne me permittis, Domine, separari à te! Salomon, cui Deus albam, ut ajunt, paginam dederat: Postula, quod vis; antequam per mulieres mente captus esset, sapientiam postulavit. Ambros. O si hoc postulasset! Da, ut te sic possideam, ut nunquam amittam, quam melius postulassem? Quod postea Thomas Aquinas sapientissimè postulavit.

Salomon nunquam à Deo separari petere debuisset.

C Conceptus variè peccati gravitas tanta est, ut infinitam illam bonitatem, ac patientiam defatigare videatur. Per Isaiam: Facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens. Symmac. Defeci miserans. Ut ostendat, inquit Hieron. se nequaquam ultra misereri. Sept. Facti estis mihi in satietatem, non amplius remittam peccata vestra. Hebr. Paucere, sustinere defatigatus sum, ad gravitatem super me suorum. Manus enim vestra sanguine plena sunt. Exaggerant peccati malitiam, & gravitatem, alias enim verè poenitenti ignoscit Deus.

Isa. 1.

Symmac.
Hieron.
Sept.
Hebr.

D Culpæ colligata est poena. Job: Signasti quasi in sacculo delicta mea. Alij: Ligata est in sacculo poena delicti mei. Pag. Ligata est ligamine forti poena pravicationis mee. Osee: Colligata est iniquitas Ephraim. M. x: Dolores parturientis venient ei. Job: Si impius suero, va mihi est, instauras, vel renovas testes tuos, id est, plagas tuas contra me, & multiplicas iram tuam adversum me, & poena militat in me, vel tua indignationis gladius in me.

Alij.
Pagnin.
Osee 13.
Job. 10.

E i. Reg. 6. Quia plaga una fuit omnibus vobis. Biblia Sixtiana: Quoniam delictum in vobis. Delictum, & plaga simul, & semel, & quasi unum, & idem.

Alij.

i. Reg. 6.

Peccatum decurpat animam, omnemque ab eo pulchritudinem tollit. Et egres-

Thren. 1.
i. Ioan. 10.

sis est à filia Sion omnis decor ejus. In tenebris est, & in tenebris ambulat. Lucifer ut tenebrosus!

Peccatum ex homine facit miseriarum compendium, & monstrum.
Gen. 4.

Ruper. ibid. Peccatum Infernus.
Job. 15.
Hebr.
Psal. 29.

Prov. 15. Et Infernus primus.
Raban.
Greg. 14. mor. 9.

Dam. l. 2. ep. 5.

Peccatum adedò infelicem hominem reddit, ut cum quisque veluti miseriarum compendium, ac monstrum digito ostendere valeat. *Posuitque Dominus in Cain signum.* Rupert. legit: *Cain in signum.* Quasi dicatur: Vide hominem infelicem, profugum, tremulum, &c. cave.

Peccatum, Infernus est: *Sonitus terroris semper in auribus illius.* Hebr. *Sonitus inferni semper in auribus illius.* Hinc David: *Eduxisti ab Inferno animam meam.* Et benè eduxisti, vel extraxisti: hoc etenim differt Infernus à peccato, quòd ab hoc plerumque Deus animam extrahit, ab illo nunquam. Et benè iterum, *eduxisti*: quia nisi Deus ipse educat, anima nequaquam se ipsam educit, sed nec educere potest, ut nec ab Inferno damnatus.

Vt declines ab Inferno novissimo. Sed cur dicit novissimum? Quia est & primus: peccatum nempe. Sic Rabanus: Infernus est cæcitas animæ peccantis. Sic & Greg. ad illa verba: *Descendebant in Infernum viventes.* Viventes, inquit, in Infernum descendere, est, scientes, sentientesque peccare.

Hunc graphicè describit Damianus: *Reproba cujuslibet anima, confusio est Tartari: mens enim odiosa, cupida, curis tantummodò secularibus dedita, libidinis igne succensa, nonne tibi videtur Infernus, in quo videlicet & Diabolus habitat, & concupiscentiarum ignes astuare.*

A non cessant: illic enim de luxuria sulphureus fœtor oboritur, & de cogitationum crebescentium tenebrosâ caligine, tanquam terribissimi fumi volumina generantur: nam dum hoc amat, illud timet: in aliis gaudet, hoc amat, illud timet: in aliis gaudet, hoc odit: illud avidè concupiscit, sit infelix mens suspecta semper, & vaga, curiosa, anxiosa, simul atque sollicita, quæ curis impellentibus in multa dividitur, diversarumque passionum moribus laceratur. Hæc itaque stebilis anima, gehenna facta est, Tartarus, & Infernus, quam & cruciant tormenta curarum, & vitiorum vastat incendium.

Peccatum adedò horrendum, atque monstruosum est, ut vel ipsis infernalibus monstris horrorem incuriat. Sic juxta Lyranum, Isa. 14. de sacrilego illo rege Baltasare, ubi ad Infernos descendit: *Infernus,* inquit, *subter conturbatus est.* Hebr. *Tremuit, in occursum adventus tui.*

Peccatum quippe, quod verum malum est, per timeendum. Chrysoft: *Erat fornax accensa nimis, illam verò pueri conda pop.* temperunt, peccatum autem, timuerunt, noveant enim, quòd incensi nihil passuri erant grave: impiè verò agentes extrema subituri & alibi: *Una duntaxat res gravis, ac per timecenda, peccatum, nempe,* reliqua verò omnia, mera fabula.

D Hæc charissime Frater, jugiter meditare, ac pro me, ut ego te deprecor, deprecare.

R. P. JOSEPHI